Synthesea

Tum galenicæ tum Chymicæ Ex Codice parisiensi Depromptæ

Aguillelmo, Desprez, Ambiano publicè proponendæ & Conficiendæ
Duce et Moderatore Francisco Chellée Collegii pharma-copæorum parisiensium Socio

Ex galenicis

Sirupus capillorum Veneris

℞. Capillorum veneris canadensium ... unciam unam
Infundantur per horas duas in
Aquæ bullientis .... Libris Sex
Coletur liquor et cum
Sacchari albi .... Libris quatuor
fiat Syrupus aquæ naphæ Si lubet
Aromatizandus.

Diascordium

℞. foliorum Scordii Siccatorum ... unciam unam et Semis
Rosarum rubrarum
Radicum bistortæ
Gentianæ
Tormentillæ
Cassiæ ligneæ
Cinnamomi
Dictamni cretici
Seminis berberis
Styracis calamitæ
Galbani
Gummi arabeci optimi ...... ana Semi unciam
Boli orientalis præparatæ .... uncias duas
Laudani
Zinziberis
Piperis longi } ana drachmas duas
Mellis rosati ad consistentiam
Cocti .... Libras duas
Vini canarini generosi quantitatem
Sufficientem
fiat electarium quod Sæpius agitetur
Donec debitam consistentiam acquisiverit

Species hieræ picræ

℞ Cinnamomi
Macis
Radicis azari
Croci
Masticbes } .... ana drachmas tres
Aloës Soccotorinæ .... uncias duo decim
fiat omnium pulvis tenuissimus

Pilulæ Cocciæ

℞ Pulveris hieræ picræ .... unciam unam et Semis
Trochiscorum à lhandal .... drachmas tres et Scrupulum unum
Diacridii .... drachmas duas
Turpethi
Stœchados } ..... ana drachmas quinque
Cum Sirupi de rhamno Cathartico
fiat massa

Vnguentum de Styrace

℞ olei nucum .... uncias undecim
Colophoniæ .... uncias quindecim
Gummi Elemi
Ceræ flavæ } .... ana uncias Septem et Semis
Igne moderato lique fiant
fusis omnibus adde Styracis liquidæ
Depurgatæ .... uncias Septem et Semis
fiat unguentum Secundum artem.

Emplastrum divinum

℞. galbani
Myrrhæ } .... ana uncias duas et drachmas duas
Bdellii .... uncias duas
Ammoniaci .... uncias tres et drachmas tres
Thuris masculi unciam unam et drachmam unam
Opo-panacis
Mastiches
Aristolochiæ rotundæ
Æruginis } ana unciam unam
Lhitargiri præparati .... libram unam
Olei olivarum .... libras duas
Aq. fontanæ quantum Satis
Ceræ novæ .... uncias octo
Magnetis lævigati .... unciam unam et Semis
fiat emplastrum Secundum artem
In inspergendis pulveribus, observabitur Sub finem
Addendam esse Æruginem, Si emplastrum viride volueris,
Si vero rubrum, cum lhitargiro coquendam esse.

Ex Chimicis

Spiritus Vini Rectificatus

℞. aquæ vitæ quantum volueris
Distilla balneo mariæ igne leni ad medias.

Tinctura Aloës

℞. aloës Soccotorinæ contriti ..... quantum volueris
Mitte in vas vitreum affunde.
Spiritus vini retificati.
ad Eminentiam quatuor digitorum.
Obturato vase digere igne arenæ per
Aliquot dies, interdum agitando,
Donec Spiritus vini ritè Saturatus fuerit.
Tincturam per aliquod tempus Suo
Cum magmate Serva.

Elixirium cordiale et Stomachicum Vulgò de garus

℞. Aloës .... uncias duas et Semis
Myrrhæ .... Semi unciam
Croci orientalis .... drachmas duas
Cinnamomi acuti
Cariophillorum
Nucis moschatæ } ana Scrupulum unum
Mitte in matratium affunde Spiritus
Vini aquæ vitæ dicti .... libras duas
Aquæ communis .... uncias duas
Digere ut artis est per duodecim
horas. Distilla balneo mariæ
ad Siccitatem. Tum
℞. Spiritus distillati
Syrupi capillorum veneris } ana partem æqualem
Aquæ Essentialis florum arantiorum quantum Satis
Misce, et post aliquot dies decanta, fiat Elixirium.

Liquor anodinus mineralis Hoffmanni

℞ Olei vitrioli concentratissimi
Spiritus vini rectificatissimi } aa libras duas
In retortam vitream amplam immitte Spiritum vini. huic paulatim affunde oleum vitrioli, et in gyrum retortæ agitabis ut invicem misceantur liquores, quod non fit Sine calore, qui ubi remiserit, adapta receptaculum ritè obseratum, distilla ex arena igne ita administrato, ut liquor Semper leviter bulliat. Prodibit primo Spiritus vini fragrans, quem exime & Serva. Iterum admoto ut Supra receptaculo distilla eodem caloris gradu donec Sulphureus odor prodire incipiat, obtinebis Spiritum volatilem fragrantiorem et Suaviorem, quem excipe et Serva. Deinde igne lenissimo materiam Superstitem expones (Ne offa nigra in fundo retortæ apparens transeat in receptaculum) prodibit flegma acidum Sulphureum et volatile (quod Si velis illicò Separabis) Tandem apparebit oleum vitrioli dulce, à phlegmate Statim et accuratè Separandum. Tum
℞. Liquoris primo et Secundo distillati et Simul mixti .... uncias duas
Olei vitrioli dulcis .... guttas duodecim
Misce et erit liquor anodinus mineralis.

Nota. 1.° hunc liquorem cum Salis tartari tantillo esse digestioni committendum, Si Sulphurei odoris aliquid Spiraverit

Nota. 2.° Si liquorem, Æther dictum obtinere volueris, Secundum liquorem Supra dicta operatione elicitum igne lampadis esse distillandum; et Statim prodibit Æther.

Sal Sedativum

℞ Salis colcotharis ex vitrioli distillatione
Superstitis .... uncias duas
Solve in aquæ ferventis ... quantitate Sufficienti
Boracis tritæ .... uncias duas
Solve pariter in aquæ ferventis .. quantitate Sufficienti
Solutiones misce, Sinas residere, filtra, mitte in cucurbitam vitream humilem et latioris fundi. Vaporent ad pelliculam. Tunc capitellum et receptaculum adapta distilla igne arenæ ad Siccitatem. Omnis aqua elicita abjicitur, ~~excepta~~ quatuor ultimis unciis quæ Servabuntur Cum nihil humoris Stillabit amplius, Sal volatile Sublimatur nivis instar. finita Sublimatione, vasis refrigeratis, flores excipe. Ex unciis quatuor liquoris Supra asservati fiat cohobatio cum materia in fundo cucurbitæ residua. Distilla et liquorem Serva. Sublima ut Suprà, et hæc Sublimatio erit priori copiosior. Cohobationes, distillationes et Sublimationes repete, donec nulli ampliùs Sublimentur flores.

Idem Sal parari potest ex parte una olei vitrioli, loco Salis, colcotharis, et ex duabus tribus ve partibus boracis aqua communis Solutis. Si post unam aut alteram Sublimationum materia Superstes in aquæ communis Sufficienti quantitate Solvatur, filtretur et vaporet, tunc concrescent cristalli Sub Sole, ex Siccandæ, et aquâ limpidâ ac frigidâ abluendæ. Sic obtinebis Sal Sedativum per cristallisationem.
fLOS Sive farina, quâ istæ cristalli calore Solis operiuntur, et quæ aquâ Solvitur, verum est Sal Mirabile Glauberi.

Has operationes publicè exponet, Die lunæ Sex decimâ Novembris Anni 1778. horâ decimâ matutinâ
Conficiet diebus martis, mercurii, jovis Sequentibus. Die vero veneris confectas iterum exponet
In Pharma-copæorum Parisiensium Collegio
Pro Solemni adoptione

has præparationes e Codice facultatis desumptas Dedimus et vidimus die 14.a novembris 1778.
Grosse Simonnet Brun Becquerel

has præparationes ex Codice facultatis depromptas vidimus et probavimus die 14 9bris 1778 Lauderieux primus pharmaciæ professor
J. C. Desessartz Decanus
Philip pharmaciæ professor alter

Mr Desprez Le jeune

